succubito ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citata extunc mrata pars praemissa non tenens, sive ipsius posteri ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis sive ipsius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu supposito, quo ad reddendum spectat mediante, semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Instrumento praesenti satisfacere, ac ad iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus: illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusque Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, praemaiori, Minorennique Successorum, legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad munimenta, ad Exercitum, Vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo: ad Quietationem praeterea Ultra pactos officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, praemissaque omnia pedis Simplicibus Vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus fatalijs Juris, praerogatione Terri, bello, Conventioneque, ac alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo aliquo quovis evadendo. His suis praesentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus. 25

Krasicka Magnificos Danilowicze Quietat.

Comparens personaliter Coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Generosa Helisabeth Kornyaktowna Generosi Martini Constantini Comitis in Krasiczyn Krasicki Dapiferi Terrae Premisliensis Consors legitima cum eiusdem Mariti sui Viri Tutoris Conjugalis personali assistentia et Utroneo ad infrarecognita Consensu sana mente et Corpore existens, a Terris, Dictis Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet

se cum Successoribus ac bonis suis gentis omnibus totaliter et plenarie incor
porando atque subijciendo palam, libere, publice ac perexpressum
recognovit. Quia ipsa Magnificos Carolum Capitaneum Zarczoviensem
et Vladislaum Danilowiczow Fratres inter se germanos, olim Ma
gnifici Petri de Zurow Danilowicz Capitanei Czerwonogrodiensis filios
et successores legitimos, eorumque posteros de summa Octo Millium flo
renorum polonicalium per eundem olim Magnificum Petrum Danilowicz
Generoso Alexandro in Bialoboki Korniakt sui Recognitis Parenti
modo simplicis Debiti Coram Actis Terrestribus Premisliensibus
ad solvendum inscriptis, tum de eadem Inscriptione Terrestri Premisliensi
Debitorea in se de praemissis latiore quietat, evincit, liberosque et ab
solutos perpetuo pronunciat, Inscriptionem praefatam Debitoream Terrestrem
Premisliensem cum omnibus illius punctis, conditionibus, clausulis
vadijs ac ligamentis in toto et totam cassat, mortificat et
annihilat, sibi suisque posteris Successorum ratione perpetuum
imponendo silentium.

Eadem Generosa Korniakt Donat.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Generosa Helisabeth de Bialoboki Korniakowa Generosi
Martini Constantini Comitis in Krasiczyn Krasicki Pocillatoris
Terrae Premisliensis Consors legitima cum eiusdem Mariti sui Viri Tutoris
Coniugalis atque Illustris et Magnifici Alexandri Gratus Comitis
in Tarnow Tarnowski Castellani Kiioviensis Capitanei Zarnoviensis
atque Perillustris ac Admodum Reverendi Joannis de Irzędbie Swa-
topelk Bolestraszycki Canonici Luceoriensis Amicorum suorum
de linea Paterna proximiorum assistentia, authoritate, ac Utronei
ad infrarecognoscenda Consensu, Sana mente et Corpore existens
a Terris, Districtibus, Iurisdictionibus, Iurisdictionibusque suis quibusvis
proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali
Premisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Succes
soribus, bonisque suis gentis omnibus totaliter et plenarie incorporans

Praepositi Krasiczynensis